

75 2
Epistola serenissimi principis **M**anuelis pri-
mi dei gratia **P**ortugallie **R**egis excellentissimi.
Responsorialia ad summū **R**omanū **P**ontificem.
Qua beatitudinē suaz in fidei hostes debellādos.
sanctūqz sepulchrum armis ab eis vendicandum:
catholice ⁊ potissimū adhortatur.

Sanctissimo in christo patri ac beatissimo do-
mino domino **J**ulio diuina prouidentia summo
Pontifici. eiusdem sanctitatis deuotissimus filius
Manuel dei gratia **R**ex **P**ortugallie: ⁊ **A**lgar-
biorū **L**itra ⁊ vltra mare in aphyrica **D**ominusqz
Buinee: ⁊ conquiste nauigationis: ⁊ commercij:
Ethiopiae: **A**rabie: **P**ersie: ac **I**ndie. **H**umilima
peduz oscula beatorum.



Beatissime pater. **D**euotus frater
maurus hyspanus guardian⁹ mō-
tis syon. vestre sanctitatis breue no-
bis reddidit. simul et copiā litteraz:
quas **B**abilonie **S**ultanus per ipsuz ad eandem
detulit. **Q**uibus primo cōquerebatur. serenissimū
Regem patrem nostrū charissimū: cum regnum
Granate a fidei hostibus viriliter recuperaret: cō-
tra eiusdem incolas: ⁊ infideles: aliqua preter ratio-
ne egisse: suas scilicet execrabiles domos (mizqui-
tas vulgo appellatas) ignominiose diruendo: et

eorum aliquos compellendo: vt in sanctum bap-
tismatis fontem: coacti immergerentur. sanctaq; ad
fidem: non sua sponte couerterentur. Preterea vt
suam potius formidinem: q̄m veram in nos quere-
lam explicaret: de nobis etiam (vt apparet) nō ob-
mutuit. Conqueri t̄nāq; nos in maximū dominiū
sui incomodū: ac status ineuitabile detrimentum:
ingenti nostra classe: ac proprijs gētibus: illud per
mare oceanum: vsq; ad Indos: et alias asiaticas
nationes explorasse: quod nulli preteritorū Regū:
ac principum: gentiumq; exterarum: fuisse hacte-
nus exploratuz: ac nauigabile. Supplicatq; im-
mississimus hostis: sanctitati vestre: vt his omnibus
optatuz adhibeat remediū. Nam si ita pro voto
suo nō fiat: cōminatur sua truculenta superbia: vt
nō modo miserādā vrbem ierusalem: sanctissimū
q; redemptoris nostri sepulchruz: se penitus ob id
euerfurū: sed vt de maurozum pernicie: ac iniurijs
huiusmodi vindictam sumat: pollicetur se contra
republicam christianā: bellicos suos exercitus re-
pente moturū. etc. Lōmendat tādē beatitudo v̄ra:
vt quod super his sentiamus: id liquido eidem ex-
plicemus. Quod non inuiti facimus. Et ommitē-
do ea clemētissime pater: que ad S. A. regiamq;
cellitudinē charissimi patris attinent: quibus cre-
dimus: vt vnusquisq; iuxta animi sui sententiā: fi-
dei q; integritatē: premeditata rerum exigentia: de

6
bite: ac prouide respondebit: de his: q̄ ad nos in ca
su expectant: iudicij nostri votū: breuibus expone
mus. **L**outristamur primo beatissime pater: dam
na: ac grauamina: de quibus apud. **S. A.** prefat^o
Sultan^o: in nos succenset: in ruina suā nō esse ma
iora. et eorū causas nō esse efficaciores. **C**ōfitemur
tamē: initia rerū: quas deo duce prosequimur: ad
exercij sui effectū: quē expauescit: satis magna ⁊ ap
tiora fore. **I**am aromatu transitus: ac ditissimarū
Indie rerū cōmercia: quibus eius nefanda poten
tia: deprimēdusq; status: potissimū fulciuntur: in
euidētissimū eius: ac omniū infidelū incomodū:
atq; detrimentū: iam nostro iussu: nauib^o: ac mili
tibus nostris: interdudunt: ac prohibent. **Q**uo tā
dem speram^o: diuina gratia nobis aspirante: vt in
nostra huiusmodi prosecutione: cū in vltimū deue
nerit: prefatus barbarus: ⁊ eius perfidi sectatores
funditus corruēt: atq; destruētur. **Q**uod solidiori
calce firmarem^o scitissime pater: quādo **S. A.** et ce
teros xp̄i fideles: quibus hoc onus pariter incūbit:
ad id (vt par est) accinctos prospicerem^o. **I**am et
si ad opus hoc piū erequēdū: iā maiora: ac necessa
ria fundamēta iecim^o: ac in presentiarū iacere non
desistim^o: quibus ob damnū illatū: dictū sultanū iā
cōquestū inspiciam^o: condolemus tamē ea (vt dixi
mus) nō esse maiora. **S**ed cū naualis apparatus:
ac nostrarū gentiū exercit^o (quod proxime euentu

rū dei misericordīa cōfidim⁹) in domū suā Aſſeche
applicuerint: vbi pseudo machumeti corp⁹ (vt phi
betur) fuit reconditū: eamq; armis arripuerint: ac
fidelī impetu a fundamētis euerterint: tunc nō erit
in consonū: vt horū vindictā: prefatus Sultan⁹ in
sanctū sepulchru; proprius cōminet: et in nos sua
querimonia: iustius lamentet. Quia cū perditōe
sui: ad quā: omnipotentis auxilio illico pperabit: e
uersionē suā cum de fleuerit: merita nostra: ac fidei
christiane gloriā: ⁊ augmentū: merito publicabit.
Nec ista vana sunt btissime pater: aut factu difficili
ma. Nā animaduertis cōquiste: ac expeditiōis no
stre huiusmodi: arduis pncipijs: horredis medijs:
quibus tā paruo tēporū discursu: in tantā: ac tā pro
sperā rem: diuino fauore hucusq; deuentū est: non
obscure q̄s catholicus sibi psuadebit: iā magis mi
raculose: ⁊ manu dei: q̄s hominū virib⁹: ac cōsilijs
effectū esse. Ad qd̄ gloriōsius accedit: nō esse sine in
gēti spe: sue vere fidei ppagande. Sed quāq; hāc
nostrā piā: cōmodā: ac laudabilē explorationē: cuz
multorū capitaneorū: nobiliū virozū: ac nostraruz
gentiū: varijs: ac cruētis cedib⁹: incredibilib⁹ peri
culis: cōtinuis laborib⁹: inumerisq; expēsis: a sexa
ginta annis vsq; nūc: i Reges Portugallie pgeni
tores nostri clarissimi ⁊ nos: intrepide soli psecuti
sumus: semp tamē credim⁹: ea dei esse absolutissi
ma: ac piētissima opa. q̄ nō dignatus est alijs homi

nibus cōmittere: qui aut tātis rerū discrimīnib⁹ p-
terrīti: ab inceptis desisterēt: vel mercū cōmodita-
tibus intēti: vere fidei nostre exaltationē post tergū
relinquerēt. Sed ipse omnipotēs ⁊ misericors dñs
ea merito nobis cōmīsit: qui a legitimis p̄decesso-
rū nostrorū vestigijs nō deuiātes. nō modo opes:
⁊ cōmoda: q̄ licitis p̄mutationib⁹: illinc nostro era-
rio pueniūt: pro fide amplianda cupim⁹ semp of-
ferre: ⁊ iugiter offerim⁹: sed etiā redditib⁹ regij no-
stri patrimonij: ⁊ naturalijū nostrorū facultatib⁹: et
(qđ charius est) nobis metipsis ad id exequenduz:
nō parcem⁹. nihil omniū magis optātes: q̄z in op⁹
huiusmodi tā piū: tā meritorijū: omnia nostra: cū vi-
ta ppria: vsqz ad mortē cōsumare. Hec enī beatissi-
me pater. q̄. S. A. tā lucidis verbis: et ore tā aper-
to p̄fitemur: attenta Indie dispositione: quā oipō-
tētis auxilio iam obtinem⁹: ⁊ cognita barbaroz
cōditione: ⁊ in fidelitate: quibus p̄pterea nullū erit
robur: nulla timēda resistētia: et nobis ecōtra: quia
catholici sum⁹: ⁊ verā xp̄i fidē nitimur exaltari: fa-
cile ex his beatitudo vestra censebit: ad optatū hūc
finē vendicandū: nō ea nos p̄ter rationē: ⁊ certā
spem ita affirmasse. Ceterū clemētissime pater: vt
p̄fatus Sultan⁹: in grauaminib⁹: de quib⁹ pro in-
fidelijū parte: in iRegē patrē nostrū conquerit: nos
habeat etiā participes: S. A. nō lateat: duz matri-
monijū inter nos: ⁊ reginā coniugē nostrā charissi

mām: contractum fuit: in hoc potissimuz in mentem
sistimus: et pro feliciore dote expetiuius: vt non
solū cunctas maurozū iniquitas: castelle ditionis
vbiq; subiectas: prefatus in Rex pater noster fundi-
tus euerteret: sed etiā: vt eozū paruuli filij: citra ma-
turam etatē viuentes: a perfidis suis parentib⁹ ex-
torquerent: et lauacro sancto imersi: xpiani euade-
rent. Que res quēadmodū promissa: ita cum dei
laude plenius cōpleta fuit. eamq; nobis sūmo gau-
dio: ac beneficio ascripsimus. De vindicta vero: ac
minis: quas idem atrox Sultanus: tam elatis: ac
impudentib⁹ verbis: in sanctū Jesu xpī sepulchrū:
vnicū saluationis nostre remediū: ad. S. A. irre-
uerenter profundit: nō possum⁹ ob id: nō admodū
dolere: et acerbe sentire. Nec imerito. Quando ad
beatitudinē vestrā: q̄ fidei nostre verū caput: ⁊ soli-
duz credim⁹ esse fulcimen: is imanis barbarus: ta-
lia nō veretur proferre: q̄ ipsius fidei ignominiam
et dolendā eius depressionē: indubitato cōcernūt.
Nec mirū est. B. I. si hec talis: ac tanta superba
infideliū vesania: a regū: ac principū xpianozū tor-
penti desidia causat. Qui res pprias: et humanas
curiosius exercētes: filij dei iniurias: ab inimicis in-
cessanter illatas: tāq; alienas: nō modo negligūt:
sed eas iam vidētur penitus remittere. Nec est qui
fidei ardore commotus: animo catholico: manu
prompta: armisq; accinctus (vt decet) in eos insur

gat. quo memor beneficiorū misericordie dei: pro
 tantis infidelium in eū insultibus: ac obprobrijs: con
 dignā penā: punitionēq; eis iniūgat. Et demū nō
 credimus. **S. P.** prefatū Sultanū: in tā dolendā
 sancte domus desolationē (licet polliceatur) in pu
 blicam cunctoz xpianoꝝ abiectiōē: ita insaniat.
 Quia callidus et versutus hostis: rebus suis cōsu
 lens: animo reuoluet: si id (qđ deus auertat) opere
 exeqratur: quāta dāna: arma: ⁊ pericula in se: suū
 q; precipitiū: ob id incitabit: ac mouebit. Lū omni
 bus nō ambigendū est: vt pro tam pia: ⁊ tā debita
 vltione: cūcti fideles: qui aqua sancti baptisimi rena
 ti sunt: et xpī nomē profitentur: tā iuuenes: ⁊ senes:
 q; incolumes: ⁊ claudi: sine vlla status: p̄minentie:
 ac etatis exceptione: ad eā cōcurrerēt: opes: corpo
 ra: ⁊ vitas pro ipsa exponētes. et forte nō sic eueni
 ret sine quadā p̄missione diuina: qua fides xpiana:
 deuota victoria: ⁊ prosperis incursionib⁹ auget̄.
 et dom⁹ sancta ierusalē: a sacrilegis barbaroz ma
 nibus: cū eozū totali p̄fligatione citius: ac facilius
 redimeret̄. **E** q̄ beatissime pater: in euenturo casu.
S. U. hic p̄dicimus: si ea cordi suo (vt credim⁹) ad
 hererēt: ea itē in manu sua semp erūt. et quoz ini
 cia tūc prospere apparebūt: cū. **B. U.** regū ac prin
 cipuz xpianoꝝ: odia: simultates: ac discordias: qui
 bus inter se dissentiūt: atq; digladiant̄: pacis: et a
 moris dulcedine: extulerit: ac cōposuerit. **E**t cū feli

omniū otinēdū p̄cipuz otinēdū otinēdū otinēdū

cis recordatiōis papa Alexander. S. A. p̄decessor
per aliquos xp̄ianos p̄ncipes: quorū numero ascri-
bimur: ad hoc catholice adhortaretur: nō arbitra-
mur aliā ob causam: ab animo suo excidisse: nisi vt
hoc opus: tā sanctū: ac tazpiū: oīpotēs dñs S. A.
vt dignissimo suo vicario: pro incōparabili gratia:
et vestris tēporib⁹ reseruaret. Et quia in ope: ⁊ cau-
sa: tā laudabili: ⁊ necessaria eidē illa offertur: eā B.
A. p̄ sua gloria: ⁊ dei gratificatiōe: nō p̄termittat.
imo crucis vexillo duce: in expeditionē hāc animē
eāqz fideliter ac viriliter p̄sequat̄. sciat nāqz (vt vi-
dere videmur) ad tāte gratie ac laudis cūmulū: ni-
hil in terris addi posse. Et q̄ S. A. nobis vltimo
cōmendat: vt eidē significem⁹: q̄ p̄fato sultano: iux-
ta nostrū cōsiliū: debeat respōdere: agimus ob id
S. A. gratias imēsas. id vero durim⁹ excusandū.
Nā vbi in beatitudine vestra: et sacro sc̄tō cardina-
liū collegio: tāta sc̄titas: tātaqz prudētia floret: me-
rito existimam⁹ eandē in huiusmodi re: etiā si gra-
uior esset: satis digne cōsulere: ac p̄spicere. In reliq̄
btissime p̄r nō sunt: p̄ter qz deū oīpotentē: supplici-
ter orare: vt. S. A. intellectū: lumine gratie incen-
dat: quo his: quoz reipublice xp̄iane oīm maxime
interest: iuxta meritū: salubriterqz respōdeat. eisqz
effectū ⁊ opere: magis qz verbis p̄uideat. et eius
vite: et incolumitati: ac statui: misericors dñs aspi-
ret pro voto. Ex vrbe nostra Alirbona. xij. die iu-
nij. Anno MDLlesimo quingētesimo quinto.